



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 8. Libelli contra Episcopos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. sine vana curiositate credimus. Ne ig  
A. C. 325. tur inveniendis contra fidem rationib  
frustra cerebrum torqueas, aut, quomodo  
bæc fieri potuerint, quæras, sed respon  
mibi, an credas! Philosophus ille, atto  
nitus, respondit: *Credo.* Et, gratia  
S. Seni agens, quod suam contumaciam  
fregisset, Christianum se professus est,  
cæterisque suadebat, ut exemplum lo  
querentur, se enim, quod jurejurando  
affirmabat, occulta, sed divina vi com  
pulsum, ut crederet.

## §. VIII.

*Libelli contra Episcopos.*

**A. 325.** **L. 3. Cod.** **Theod. de**  
**divers. rescr.** **v. Pagi. an.** **325. Ruff. I.** **I. c. 17.** **Theod. I.** **c. II.** **Cum Imperator** vigesima tertia Maji N  
cæx esset, quidam Episcopi occasio  
nem favere rati, ut privatis suis commodi  
invigilarent, libellos contra Confratre  
325. Ruff. I. suos ei tradiderunt; hos potissimum ei  
c. 2. Sozom. Arianis fuisse crediderunt. Imperator  
I. c. 17. libellos acceptavit, simul omnes convo  
Theod. I. lutos, & bene obsignatos in præfixam  
c. II. se diem servari jubet; interim dissiden  
tes componere laborabat, atque destina  
ta die ubi libellorum volumen allatum  
est, ad Episcopos, *Æquum non est*, inquit:  
*ut ab hominibus judicemini, cum vobis nos*  
*ipsos omnes judicandi potestatem dederit*  
*Deus; ergo causas vestras ipsi relinquere*  
*judicandas, & unitis animis quæstiones fa*  
*dei*

dei definite. (\*) Tum, ipsis cernentibus, Sæculum IV.  
 omnes libellos flammis tradidit, jurans, A. C. 325.  
 nec unicum apicem a se lectum, quod Episcoporum peccata latere oporteret, ne po-  
 pulis pessimo exemplo essent. Ajunt,  
 illud quoque memoria dignissimum ad-  
 didisse; se vero, si Episcopum suis oculis  
 in adulterio deprehenderet, detracta sibi  
 purpura conjecturum.

### §. IX.

#### *Episcoporum Colloquia.*

Episcopi ante primam sessionem publi- Sozom. I.  
cam ad privata colloquia, advocate c. 17. Athan.  
etium Ario, convenerunt. Ipse omnes or. in Ar.  
suos errores explicavit, sicut antea in e-p. 294.  
jus Epistolis retulimus; Deum non sem-  
per fuisse Patrem, & tempus fuisse, quo  
Filius non erat; hunc esse ex nihilo pro-  
ductum, creaturam, & ad modum cœ-  
terorum omnium divinæ potentia opus.  
Esse natura mutabilem, libero suo arbiri-  
trio bonum mansisse, & quando voluerit,

L 3                    sicut

(\*) Testimonium invictum! quo duo, unum Fidei, alterum Disciplinæ Ecclesiastice, Capita demonstrantur; Primum, solis Episcopis Potestatem esse de Fide judicare, secundum, Clericos a Jurisdictione Laica oportere esse exemptos, Imperatorem sapientissimum in ipso Ecclesiastice libertatis exordio credidisse.